



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 10. Equites a Magistro ad omnes Europæ Principes auxilia rogatum
missi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

§. X.

Sæcul. XVI
A.C. 1522.

Equites a Magistro ad omnes Europæ Principes auxilia rogatum missi.

Insuper supremus Magister Equites suos ad omnes Europæ Principes decernebat, qui summum Pontificem, ac Christianos Principes ad opem prompte ferendam toto studio inclinarent. Verum, uti Solimanus probe prospexerat, frustranei erant eorum conatus; quippe Carolus V. in Italia bello adversus Franciscum I. implicabatur, Papa vero Sedis Apostolicæ copias, quibus ad Cæsaris opem indigebat, ad exteram expeditionem vertere noluit. Equidem Galliarum Rex Equitibus copiam fecit, ut omnes naves, quæ in Provinciæ portibus hærebant, armis instrui curarent, verum Gubernatores & Navarrhi, Regis iussa exequi recusabant, veriti, ne Cæsar eos hostiliter invaderet, qua excusatione percepta Equites mox ad Regem contenderunt, nova eaque magis serua ab eo mandata impetraturi. Attamen tempore incassum hisce tergiversationibus consumpto, Solimani classis in altum procurrere parabat.

Raynald. an.
1522. n. 27.